

## βακχείος ἀπὸ τροχαιῶν / *bacchius ex trochaeo*

ARISTOX. *rhythm.* II 23 (p. 38 Pearson) καὶ ὁ ἀπὸ τροχαιῶν βακχείος.

ARIST. QUINT. *de mus.* I 16 (p. 36. 1 sqq. Winnington-Ingram) ἐν δὲ τῷ ἰαμβικῷ γένει ἀπλοῖ μὲν πίπτουσιν οἶδε ρυθμοὶ ἴαμβος ἐξ ἡμισείας ἄρσεως διπλασίου θέσεως, τροχαιὸς ἐκ διπλασίου θέσεως καὶ βραχείας ἄρσεως, ὀρθιος ὁ ἐκ τετρασήμου ἄρσεως καὶ ὀκτασήμου θέσεως, τροχαιὸς σημαντὸς ὁ ἐξ ὀκτασήμου θέσεως καὶ τετρασήμου ἄρσεως· σύνθετοι δὲ οἱ κατὰ συζυγίαν βακχείοι δύο, ὧν ὁ μὲν πρότερον ἔχει τὸν ἴαμβον, δεύτερον δὲ τὸν τροχαιόν, ὁ δὲ ἐναντίως· κατὰ δὲ περίοδον ἰβ, τέσσαρες μὲν ἐξ ἑνὸς ἰάμβου καὶ τριῶν τροχαιῶν (τούτων ὁ μὲν πρῶτον τὸν ἴαμβον ἔχων καλεῖται τροχαιὸς ἀπὸ ἰάμβου, ὁ δὲ δεύτερον τροχαιὸς ἀπὸ βακχείου, ὁ δὲ τρίτον βακχείος ἀπὸ τροχαιῶν, ὁ δὲ τέταρτον ἴαμβος ἐπίτριτος), τέσσαρες δὲ ἕνα τροχαιόν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἰάμβους ἔχοντες (ὁ μὲν οὖν πρῶτον ἔχων τροχαιόν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἰάμβους καλεῖται ἴαμβος ἀπὸ τροχαιῶν, ὁ δὲ δεύτερον ἴαμβος ἀπὸ βακχείου ἢ μέσος βακχείος, ὁ δὲ τρίτον βακχείος ἀπὸ ἰάμβου, ὁ δὲ τέταρτον τροχαιὸς ἐπίτριτος), τέσσαρες δὲ δύο τροχαιούς, ἴσους δὲ ἰάμβους, ἤτοι κατὰ τὸ ἐξῆς κειμένους ἢ τοὺς μὲν περιέχοντας, τοὺς δὲ περιεχομένους (ὁ μὲν οὖν πρῶτους τοὺς ἰάμβους ἔχων, ἐπομένους δὲ τοὺς τροχαιούς λέγεται ἀπλοῦς βακχείος ἀπὸ ἰάμβου, ὁ δὲ τοὺς τροχαιούς προηγούμενους ἔχων, ἐπομένους δὲ τοὺς ἰάμβους ἀπλοῦς βακχείος ἀπὸ τροχαιῶν, ὁ δὲ περιεχομένους τοὺς ἰάμβους μέσος ἴαμβος, ὁ δὲ τοὺς τροχαιούς μέσος τροχαιὸς).

ARIST. QUINT. *de mus.* I 17 (p. 37. 19 sqq. Winnington-Ingram) τούτων δὲ οἱ μὲν διὰ τριῶν συντίθενται, ἐκ πυρριχίου καὶ ἰάμβου καὶ τροχαιῶν, οἱ δὲ διὰ τεσσάρων, ἰάμβου τῆ προειρημένη τριποδία προστιθεμένου, οἱ δὲ ἐκ δύο συζυγίων, βακχείου τε καὶ ἰωνικοῦ τοῦ ἀπὸ μείζονος.

ARIST. QUINT. *de mus.* I 17 (p. 38. 3 sqq. Winnington-Ingram) εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι ρυθμοὶ μικτοὶ τὸν ἀριθμὸν ἕξ· κρητικός, ὃς συνέστηκεν ἐκ τροχαιῶν θέσεως καὶ τροχαιῶν ἄρσεως· δάκτυλος κατ' ἴαμβον, ὃς σύγκειται ἐξ ἰάμβου θέσεως καὶ ἰάμβου ἄρσεως· δάκτυλος κατὰ βακχείον τὸν ἀπὸ τροχαιῶν, ὃς γίνεται ἐκ τροχαιῶν θέσεως καὶ ἰάμβου ἄρσεως· δάκτυλος κατὰ βακχείον τὸν ἀπὸ ἰάμβου, ὃς ἐναντίως ἐσχημάτισται τῷ προειρημένῳ

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 1 (p. 1. 18 Tessier) τὸ ἰς' περίοδος ἀπὸ ἰάμβου· καὶ κατακλείς βακχείος ἀπὸ τροχαιῶν.

CAES. BASS. GL VI 258. 32 sqq. = fr. \*6. 98 sqq. (GRF 136) Mazzarino *tertia divisio (scil. hendecasyllabi phalaecii) est:*

*castae Pierides meae Camenae.*

*detracto enim 'Camenae' fit anacreonteon metrum syllabarum octo, quod musici bacchi<a>con (bacchicon N, bacchion Parrh., corr. Santenius, Ter. Maur., p. 360) vocant, grammatici choriambicon.*

CAES. BASS. GL VI 268. 20 sqq. = fr. \*6. 370 sqq. (GRF 145) Mazzarino *constat enim hoc comma (scil. Hor. carm. I 9. 1 stet nive candidum) ex choriambico, quem faciunt iuncti trochaeus et iambus, et iambo. ita facile convenit et cum*

choriambico metro, quod bacchi<a>con (bacchion *N Parrh.*, corr. *Santenius*, *Ter. Maur.*, p. 360) musici vocant, quale est:

Maecenas atavis edite regibus.

CAES. BASS. GL VI 263. 23 sqq. = \*fr. 6. 233 sqq. (GRF 141) Mazzarino philicius versus ex duplici pede constat, quem bacchion (*Parrh.*, bacchicon *N*) musici, choriambon (choriambicon *NParrh.*, corr. *Morelli*) grammatici vocant. habet longam et duas breves et longam, id est trochaicum et iambum. hoc autem Philicus conscripsit hymnos Cereri et Liberae, tali genere metri, quod scilicet et sacris laudibus (est acris salis *codd.*, corr. *Morelli* 1994, p. 293 sqq.) et arcanae deorum venerationi credidit convenire. apud nostros hoc metrum non reperio. exemplum eius tale est:

frugiferae sacra deae quae colitis mystica iunctaeque Iovi nefasto.

hunc hexametrum ex numero bacchi<a>co (bacchico *N*, bacchio *Parrh.*, corr. *Morelli*) composuit Philicus, quo usus est etiam Archebulus, de quo auctore supra rettuli; cludit autem antibaccheo.

TER. MAVR. GL VI 402. 2606 sqq.

‘carmen Pierides dabunt’:

hoc metrum choriambicum est,

quod pars bacchiacum vocant.

APTHON. GL VI 149. 26 sqq. tertia autem divisio (*scil.* hendecasyllabi phalaecii) latius patet, cuius exemplum:

sulcos tunc retegunt comae fluentes,

item: (Ter. Maur. GL VI 401. 2571)

iamdudum tibi disserens probavi.

nam si retrahas ‘fluentes’, remanet:

sulcos tunc retegunt comae,

quod est metrum, ut grammatici <vocant>, choriambicum, ut musici, bacchiacum sive anacreontium syllabarum octo.

APTHON. GL VI 127. 25 sqq. instruendi sane sumus non numquam choriambico, si usus exegerit, iambicam basin immisceri, quod genus bacchiacum musici dicunt. exemplo erit versus ille: (Sept. Seren. 23. 4 [FPL 359] Blänsdorf) cui reserata mugiunt aurea templa mundi.

nam secundus pes ‘ta mugiunt’ duobus iambis censetur, nec tamen aliquid iacturae metro attulit, cum temporum inter utrumque congruat spatia, unde et tribrachys pari calculatione admitti pes poterit duabus brevibus in unam <longam *add. Morelli* 1989, p. 89 sq.> coeuntibus, quae iambum seu chorium efficiant. nec te syllabarum terreat numerus, cum intra praefinita temporum spatia teneatur, veluti: (Sept. Seren. 23. 5 [FPL 359] Blänsdorf)

tibi vetus ara caluit aborigineo sacello.

hic pro chorio sive trochaeo tribrachys positus invenitur longa in duas breves soluta sic, ‘tibive’: ‘tibi’ enim pro una syllaba longa accipiemus. ‘racaluitabo’: nam pro choriambo tribrachys bis inductus reperitur. huius metri Phalaecum auctorem accepimus, quod appellatione ipsa dinoscitur, qua metrum signatur.

MART. CAP. IX 986 sq. (p. 380. 12 sqq. Willis) compositi (*scil.* iambici nu-

meri) sane sunt qui per copulas colliguntur; sunt autem hi: bacchius qui ex trochaeo deducit auspiciū, fine autem iambici terminatur; qui vero bacchius est <a iambo> a iambo principia sortitur atque a contrario his quos diximus pedibus aptabitur. per periodum vero est quod velut per [se] certam viam provenit. in hoc genere cum sint duodecim numero, quattuor quidem per singulas periodos accipere docetur unum iambum ac tres trochaeos; ac de isdem quattuor, primum quidem qui iambum habere monstratur, trochaeus a iambo denominatur; qui vero rythmus secundum iambum recipiet, a bacchio trochaeus vocabitur; qui vero iambum tertium recipit, bacchius a trochaeo poterit nominari; ille vero qui quartum admittit iambum, appellatur epitritus iambus. eorum vero qui ex uno trochaeo fit [et] iambus a trochaeo appellatur a doctis; secundus iambus a bacchio dicitur aut certe bacchius medius poterit nominari; qui vero tertium recipit, bacchius a iambo nominatur; qui vero quartum recipit trochaeum, epitritus trochaeus appellatur. octo vero < ... > quattuor de his quos duodecim diximus per periodum, illi esse dicuntur qui binos trochaeos atque iambos per periodum servant. atque ille qui primos trochaeos recipit, duplex bacchius a trochaeo esse dicetur; qui vero secundos trochaeos habebit, duplex bacchius ab iambo nominatur.

MART. CAP. IX 991 (p. 383. 4 sqq. Willis) fiunt autem numeri qui et prosodiaci vocantur: quorum alii per ternos pedes fiunt, pyrrhichio, iambo et trochaeo; alii vero quattuor, ut his tribus pedibus iambus primus aptetur; alii vero ex duabus syzygiis, id est copulis, bacchio et ionico ἀπὸ μείζονος constare consuerunt.

MART. CAP. IX 993 (p. 383. 17 sqq. Willis) sunt autem (*scil.* numeri) mixti generis quinque, id est dactylus per iambum, dactylus in bacchium incidens [is] qui veniat ex trochaeo, dactylus per bacchium qui ex iambo manaverit, dactylus per chorium, qui ex iambi similitudine exordium mutuatur, dactylus per chorium, qui ex similitudine trochaei videatur expressus. [R.S.]